~~al~~statutis cum notabili temporis spacio includentibus per ordinarium canonizatis cum institutionibus probatis dicti Iuris patronatus pertinentia et possessio Rot. decis. 44. n.o 18. et decis. 121. n.o 12 coram Emol. Corth. de manutent. observ. 32. n.o 8.

Et similiter ius dicti infantis, cuius nomine eius Pater praesentavit. nam probato quod d.us infans causam habet ab eius Patre existente, ut docetur fuit in possessione praesentandi, pertinentia et possessio dicti Iuris patronatus, ei denegari non potest. Rot. coram Emol. decis. 121. n.o 18. cum argumentis. maxime quia inspecta natura, et qualitate dicti beneficii, gentilitium scilicet, et familiare dictus Infans successit iure proprio in d.o Iure patronatus de Luca. de iurepatro: disc: 32. n.o 8. ibi: cum velas. quod ius Comune est omnibus de familia per tex. in L. cum ita, §. in fideicomiss. ff. de legat. 2.o Vivian. de iurepatro: Lib. 4 cap. 9. n.o 36. et Lib. 14 cap. 1 n.o 42. et 43. Rot apud Vivian: dict. Lib. 4. cap. 9 n.o 55. Et etiam filii vivente Patre quia filius potest vivente Patre praesentare Evalan. discept. forens. cap. 121. n.o 23. Vivian. de iurepatro p.e 3. Lib. 14 cap. 2. n.o 64. Rot: coram Emol. decis. 46. n.o 11. cum seqq.

Dubio haesitandum non est quia d.us Infans praesentare potuerit in praesenti vacatione d.ae Abbatiae, quoniam cum Em.mo Cardinali de Luca de iurepatro disc. 47. n.o 6 procedente cum Vivian. de iurepatro: Lib. 4. cap. 9. n.o 24. affirmativam teneo ut ex verbis ibi — quinimmo in hac familia plures adesant pueri infra aetatem pupillarem quorum vices parentes praesentaverunt & non dubitatum fuit an scilicet in iurepatronatus gentilitio, vel familiari habenda sit ratio praesentationi dictorum puerorum et melius n.o 8. in fine ibi — ideoque haec opinio favorabilis puerorum quod eorum vice parentes, vel alii legitimi administratores admittendi sint ad dandum votum id persuadere videtur solum concursum ipsorum patronorum ad effectum mittendi maiorem vel minorem partem vocum inter se

Nec obstat conclusio Legalis, quae ut plurimum per contendentes in similibus controversiis, ad offuscandam qualitatem gentilitiam, et familiarem allegatur. nimirum quod iuspatronatus de iure praesumatur hereditarium in quo casu non sunt enumerandae voces per capita sed in stirpes. Rot. decis. 46. n.o 3. coram Emol. de Luca de iurepatro: disc: 23. n.o 2. neque filii vivente Patre possunt praesentare st. cit. decis. n.o 20. et Rot. penes Vivian. de iurepatro: Lib. 4. cap. p.o post. n.o 7 §. de quo observantia in fin.

Quoniam praed.a conclusio licet sit in suo genere vera et tamen patitur limitationem in casu nostro nam quando concurrunt concludentes probationes et inverisimilitudines, contrarium denotantes, pernecesse concludendum est iurepatronatus non esse hereditarium; dixit Rot. in famigerata decisione Florentina de Ricasolis coram Lamellot. 10. Martij anni 1603. quam omnes beneficialistę decantant, et Card. de Luca cum encomijs eam exemplificat in tract. de Iurepatro: nec non et Vivian. sup. eodem tractati; ut antesignanam in hac materia eam reportat de verbo ad verbum Lib. 4. cap. p.o post n.o 72.

Et inter probationes primas, et concludentissimas quę oriuntur non solum ex Bulla Alexandri Sexti de anno 1493. relaxata ad supplicationem Antonij de Gatticis ex Comitibus prędicti Castri, ad effectum redotandi d.a Ecclesiam sed etiam renovandi privilegia proprię familię propter bella deperdita et combusta, et prępertim ~~[illegible]~~ privileggium concessionis Iuris patronatus prędictę Ecclesię per eius progenitores tali causa pietatis, quam in honorificentiam proprię familię dotatę et fondatę. verum etiam ex sententia pro illius executione per D. Cyprianum de Bonibus Comissarium et Apostolicum delegatum ad precisam examinationem dicti Iurispatronatus emanata pronunciando sequentia verba Ibi — [illegible] si sit pro ut ex maiorum relatis et multis argumentis constat Nobiles ex familia Comitum de Castello de Gattico antiquis temporibus, maximè tempore

insignes et pręclaros extitisse, et obtinuerint. hęc nobilissima domus multa privileggia in spiritualibus et temporalibus, pro ut ex monumentis et facti evidentia comprehendi potest et inter cętera obtinuerunt Castrum Gattici in eo decore, pariformiter Ecclesiam dicti loci Gattici fundaverint et dotaverint ut in quibusq.q. casibus dictę parentelę magnificentia extolleretur, et dictum Ius patronatus eisdem spectat

Quę pronunciatio, ut testatur Vivian. de Iurepatro: reportando consimilem casum Lib. 4 cap. p.o post n.o 72. et seq. in facto qualitatem hereditariam prorsus evertit

Maximè quia dicta verba Familię domus presertim sequentia verba, ut in quibusq.q. casibus dictę parentelę magnificentia extolleretur; manifestant intentionem fundatoris exclusivam totaliter qualitatis hereditarię, testatur de Luca de iurepatro: disc: 26 n.o 8 vers: secondo quia, et disc. 2. n.o 13. cum seq. Vivian de iurepatro. p.e p.ma Lib. 4. cap. 9. n.o 3. et 6. et de verbo domus Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 12. n.o 82; qui plures allegat, et coram Rot. decis. 119. n.o 8

Eo fortius quia dictum vocabulum de Familia de domo de Parentela etsi associatum legeretur cum verbis alterius naturę, hoc est heredum sive successorum aut descendentium et similium adhuc excludit qualitatem hereditariam, quoniam in similibus d.a verba heredum successorum descendentium stant simpliciter demonstrative, non autem exclusive qualitatis gentilitie, et iis non obstantibus soli descendentes agnati, et heredes sanguinis habentur pro vocati Rota coram Priol. decis. 123. n.o 11. lib. 17 cum relatis

Eo magis quando d.a verba heredum successorum seu descendentium famulantur verbis suorum seu eius aut ipsius cum similibus. de Luca de iurepatronatus: disc. 24 n.o 2. disc. 60. n.o 7 disc. 34. n.o 13. cum seq. Viviani de iurepatronatus: loco ab eo cit.

Quod comprobatur cum collationibus praecitati beneficii sic inde citra collati ab Ordinario ad praesentationem dumtaxat masculorum praecitate familie Rot. coram Priol. decis. 46. n.o 16 et decis. 159. n.o 10.

Alteri vero probatio que consonat qualitati gentilitie dicti iurispatronatus, est plusquam certa attenta explicita mentione registrata per plures Episcopos in eorum visitationibus praecitate Ecclesie nimirum, quod d.us iurispatronatus sit familie et domus Nobilium de Lattiis cui unde defectum testati. Rot. coram Ubald. decis. 29. n.o 11. et coram Cerin. decis. 229. n.o 1. cum ceteris enunciatis in decis. 318. n.o 18 19. coram Priol. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quest. 13. n.o 141. Rot. coram Ottobon. decis. 224 n.o 11. quia praesumitur ordinarium esse bene conscium qualitatis beneficiorum

sue diecesis. Rich. decis. 382. n.o 1. Cavaler decis. 11. n.o 2. Merlin decis. 41. n.o 2.

Nec minoris substantie est probatio que tam ex confessione Patroni praesentantis Adversantis, scilicet de familia d.nor. de Lattoso quam ex confessione ipsius Adversantis praesentati petentis collationem dicti Beneficii ad formam praed.e eius nominationis. etenim in iure nulla maior probatio adinvenitur quam confessio praesentati cum qua fatetur iurispatronatus esse familiare et gentilitium Rot decis. 111. n.o 32. coram Priol. quam confessionem d.us Adversarius non solum eam emisit petendo collationem dicti beneficii ab ordinario sed etiam id ipsum narravit et rapresentavit S.mo D. N.ro Clementi Undecimo in eius supplicatione ad effectum reportandi certam dispensationem pro derogatione medietatis vocum Patronorum que confessio collitigantis emanata super qualitate beneficii impugnari non potest Buratt. decis. 708 n.o 4. vers. nec aliqua Cavaler. decis. 33. n.o pr.o et decis. 608. in principio vers. et approbat etiam Bellmer. decis. 268 et decis. 191 quas refert Priol. decis. 34. n.o 13

Quibus adstipulatur quedam consultatio Cardinalis de Luca de iurepatronatus. disc. 23. n.o fin. qui in favorem qualitatis gentilitie et familiaris etiam in casu quod vere esset dubium (quod omnino in casu nostro negatur) se inclinatum proponit, ut ex ipsissimis verbis ibi = Preclarior autem esse censui pro qualitate familiari, modus a communi usu saltem Italiae, quod cum praesertim in privatis familijs iurispatronatus fundationes fieri solent, ne dum ad pietatem sed etiam et forte magis ad ambitionem et honorificentiam, ut ita fundatoris memoria conservetur, atque facilius novitatis iustificatio post longa tempora fieri valeat seu familiae identitas, vel descendentia probari ut frequens experientia docet. hinc proinde probabilius videtur in animo fundatoris potius fuisse istam qualitatem familiarem, quam hereditariam, per quam ad breve tempus memoria fundatoris deleretur, atque hoc ius honorificum decoris conservaturum si ad extraneas manus transiret facit contra omnem verisimilitudinem

Canonizando exinde praecitatam opinionem cum subsequenti discursu 60. n.o 22. et 23. ubi pro exclusione qualitatis hereditariae omnibus insinuat inclinare, ea ratione quia interest Ecclesiae ut ius patronatus sit potius familiare et gentilitium quam hereditarium

Quibus stantibus omnis dubitatio cessat, potissimum quia qualitas haec gentilitia et familiaris dicti iurispatronatus canonizata ab ordinario cum sententia in iudicatum transacta de tempore ultimae praesentationis promulgatae in exclusionem certi heredis extranei in quota bonorum provenientium ex praed.a familia instituti contendentis hanc qualitatem ad effectum se intrudendi in hoc iurispatronatus.

Quae sententia, ne dum comprobat praedicta →

sed dat fidem ad radicem, cum faciat statum Rot. coram Vivian de iurepatro. decis. 84. n.o 4. et coram Priol. decis. 318 n.o fin. de Luca de iurepatro. disc. 17. n.o 23. disc. 18. n.o 13. et disc. 4. n.o 3. ubi obiter n.o 4. et disc X. n.o 5. et 7

Et in terminis praecisis sententiae excludentis heredem extraneum praetendentem iudicialiter iuspatronatus firmat Rot coram Priol. decis. 111. n.o 424

Nec asserta dispensatio pro derogatione medietatis vocum per d.um R. D. Octavium Vandonum Adversantem reportata quidquam operari potest in eius favorem quia eius narrativa concludit quod d.us iurispatronatus sit familiae de Lattecijs non autem ut ex ad.o supponit hereditarius, quia de iure asserto praed.o cum vocabulo familiae de iure determinat qualitatem gentilitiam et familiarem et soli agnati admittuntur ad praesentandum, ut praeter deducta firmat de Luca de iurepatro. disc: 26. n.o 8. et disc. 25. n.o 9. cum relatis Rot. in addent. ad Buratt. decis. 111. tum etiam quia attenta qualitate attenta qualitate gentilitia et familiari dicti iurispatronatus, asserta dispensatio remaneret subreptitia et nullius effectus, dum d.us R. D. Vandonus non potest iustificavit ut iustificare tenetur se fuisse praesentatum a medietate Patronorum. de Luca de iurepatro: disc: 52. n.o 6. et 7. et firmat Rot. coram Priol. decis. 111. n.o 4. Lotter. de re benefic. lib. 2 quaest. 48 n.o 286.

Quem defectum siquidem sanare non potest pars Adversa cum productione duarum collationum quarum una est de anno 1589 altera vero de anno 1636. Primo quia ius non patitur quod per tam breve tempus immutari possit qualitas beneficij, et cum dictis collationibus inducatur consuetudo contraria, quae in similibus debent dari actus quamplurimi, et plures geminati ut docet Bald. in cap. fin. n° 30. de consuetud. quam sequitur Lotter de re benefic. lib. p° quaest. 21. n° 121. quodque debeant esse uniformes s(upr)a cit. Lotter n° 124. cum seqq. et probatio debet esse certa, non autem aequivoca Rot. coram Priol. decis. 159. n° 22. quae consuetudo et si daretur nil appareret, quia versamur in casu claro de Luca de iurepatro: disc. 29. n° 10.

Nec iuvat Adversarii quod in praecitatis duabus collationibus legatur in prima quod praesentans erat unicus Patronus et in secunda, quod praesentatio facta fuit a Patrono ut filio et herede eius Patris. Primo quia resistentibus tot probationibus et fundamentis desuper allegatis, denotantibus et concludentibus hoc iuspatronatus esse gentilitium et familiare quidquid opponitur reprobatur a iure ex vulgatis. secundo, quia dato etiam quod praed(ict)a verba inducerent aliquam mixturam adhuc semper heredes sanguinis non autem extranei admittendi sunt maxime: maxime ex iure ubi praecedentis ut filij. Rot. coram Prioli decis. 113. n° 16 Lotter de re benefic. lib. 2. quaest. 11. n° 41. eo magis quia d(ict)ae duae collationes respiciunt carentiam ultimo status ubi contendendo heredes extranei contra modernos Patronos fuerunt ab ordinario repulsi per sententiam non obstante productione praecitatarum collationum quae sententia firmat statum et qualitatem dicti beneficij per text. in l. ingenuum ff. de stat. homin. Rot. coram Penia decis. 163. n° 9. et coram Martil. decis. 310 n° 4. et penes Vivian de

de iurepatro. decis. 84. n° 4. de Luca de iurepatro: disc. 58. n° 13. disc. 4. n° disc. 3. et disc. 52. n° 21. Vivian de iurepatro: p(ar)te 3 lib. 14. cap. 2. n° 4. Lauz. de benefic. p(ar)te 1. cap. 9. n° 94. ante fin. et n° 96. vers. item. Et si verificaretur quod Patronus de eo tempore praesentans non esset unicus, et haberet filios, quorumque eorum nomine non praesentaverit quoniam in similibus Patronus mutando omittendo et negligendo aut alterando in odium successorum in iurepatronatus familiari et gentilitio, quidquam praeiudicare potest Vivian. de iurepatro: lib. 14. cap. 2. sum. p° n° 24. et lib. 4. cap. 9. n° 6. 7. cum seqq. Rot. coram Reuling. decis. 251. n° 13. consequenter neque consuetudinem in contrarium inducere, tanto magis quando successores veniunt in proprio ut in casu nostro de Luca de iurepatro: disc. 31. n° 16 Prioli decis. 46. n° 24. et 25.

Minusque iuvare potest praecitato R.D. Octavio Vandono Adv.ti alteram praesentationem quam de recenti eius favore accumulavit Ven. Fabricae Ecclesiae dictae Terrae Gattici quia dicta Fabrica caret iure nominandi, et praesentandi licet dicatur heres q(uondam) R.D. Ioan(n)is Mariae de Gatticis alias compatroni dicti iurispatronatus. ratione qualitatis gentilitiae et familiaris dicti iurispatronatus quae excludit heredes extraneos existentibus masculis de d(ict)a familia ut s(upr)a doctum fuit et pluribus accumulatis firmat Vivian de iurepatro: p(ar)te 3. lib. 14. cap. 2. n° 24. quam per sententiam Rmi D. Hieronimi de Nigris Vicarij Generalis Curiae Ep(iscop)alis Novariae excludentem d(ict)am Ven. Fabricam ab hoc iuris patronatus

Que responsiones iudicio cuiusq., ne dum infringunt actionem d.e Ven. Fabrice, sed d.e Fabrice Fabricerios ponunt in malam partem maxime quia d.a sententia fuit eisdem denunciata, et transitum fecit in rem iudicatam, ut de effectu rei iudicate Rot. coram Manzaned. decis. 220. n° 4. et coram Priol. decis. 414. n° 4. cum seqq. de Luca de Emphiteus. disc. 83. n° p°.

Nec preiudicorum veritas ab Adversante offuscatur cum exceptione periurii, mihi post absolutum hoc iuris responsum Comunicata: etenim quidquid sit quod d.us D. Joes Carolus de Fattecir incideret in periurium revocando nominationem cum iuramento de non contraveniendo favore R.D. Josephi Massarie stipulatam, perinde non sequitur quod d.us R.D. Octavius Vandonus tali exceptione uti valeat in odium nominationis, et presentationis facte a d.o D. Joanne Carolo in favorem R.D. Mauri Pagani licet dissidium magnum videatur inter doctores in perstigendo affirmativam vel negativam validitatis scilicet, vel invaliditatis actus vel instrumenti, ubi convenit periurium propter diversitatem suppositorum, ratio est quia in casu nostro dilucidationes et limitationes uti prepotentes certis legalitatibus ex ad.o fortasse suppositis instrum. nominationis et actus presentationis dicti R.D. Mauri Pagani sustineri posse recusant

Et omisso quod d.us R.D. Vandonus huiusmodi exceptionem periurii allegare non potest quia secundum iuris regulam eam non proposuit ante litis contestationem ut docet Seraphinus de privileg. Juram. privil. 174. n° 27. cum principaliter et ab initio, non autem perfunctorie et post diversas citationes eam proponere teneretur, l.° ut Seraph. n° 28. et hoc maxime quia d.us R.D. Massaria cui principaliter competeret hec exceptio, huic exceptioni censeatur renunciasse, tamquam eam non proposuit in iudicio, nec proponere valet quia (etsi citatus) remanet de presenti sub censuris accusate contumacie Rot. coram Ludovis. decis. 64. n° 22.

Tum etiam quia hec exceptio non habet locum quia non agitur de periurio cum dolo et perfidia, ut iis deficientibus dixit Rota quod periurium minime supponatur Merlin. decis. 222. n° 1. admittendo causam etiam levem, ut quis excusetur a periurio et dolo s.a cit. decis. n° 6. vigore tex. in cap. querelam de iure iurando cum relat. dolus autem et perfidia in casu nostro tantum abest, quod nec presumi potest, ponderando quod agitur de mera et simplici mutatione voluntatis revocandi p.am nominationem que nullum infert preiudicium neq. damnum d.o R.D. Massario fratris d.o R.D. Octavio Vandono, qui nullam habet causam a pred.a revocatione nec damnum patitur nec interesse consequitur vel consequi poterat.

Eo magis quia in similibus licet unicuique penitere quando pende actus nominationis factus per d.um D. Joem Carol de Latterijs de persona dicti R. D. Massarię erat actus imperfectus quando fuit revocatus, cum actus nominationis non recepit perfectionem, nec cum eo consequitur Ius in re nisi facta presentatione coram Ordinario et ab eodem Ordinario obtenta collatione ideoque cum agatur de instrumento et actu imperfecto, regula generalis est tam de Iure Civili, quam de Iure Canonico, quod actus imperfectus licet sit cum instrumento stipulatus potest revocari et si revocans efficiatur periurus

Ut in rebus profanis, quando venditio facta erit cum iuramento, quod possit per secundam venditionem factam alteri revocari primam, dummodo in prima venditione non fuerit facta traditio rei vendite, vel translatio dominij. et ipsum quando venditor promisit cum iuramento de non alienando, et si alienando incidat in periurium, quod alienatio teneat. sicuti de testamento condito cum iuramento de non revocando teneat secundum. firmant doctores accumulati per Seraphin. de Iuram. privil. 22. n° 20. in fine, et n° 22. et signanter n° 32. N. sed contrarium tex. in L. quoties. Cod. de rescind. vendit.

Similiter in materia Ecclesiastica quod promissio cum iuramento de non revocando mandatum ad resignandum beneficium non sustineatur quando quis se penitet, et eam revocet. Licet revocans efficiatur periurus dummodo non sit actus perfectus per oppositionem manus Pontificis Summi. Garz. de benefic. p. 2. cap. 5. 255 cum seqq.

Et in terminis precisis presentationis facte coram Ordinario (quod est quid magis quam casus nominationis sine presentatione) tenet etiam si sit periurus quod revocatio sustineatur et nova presentatio. Vivian. de iurepatro. p. 2. Lib. 11. cap. 2. in fine ibi quamvis alias videatur actus factus contra proprium iuramentum. Licet faciens efficiatur periurus per glos. in cap. ultim. verbo revocatus de Procuratorib. Lib. 2. Felin. in cap. dilect. n° 10. et seqq. ubi doctores de Prebend. Alex. Cons. 65 n° 3. Lib. 3.

Quare &

Subscrip. I. C. Joseph Colciatus Prep.s et Can.cus Ecclesię Coll.tę insignis S. Gaudentij